

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sapientia uel scientia m
in editionibus 1493/5 & 1550 cum fonte primo

Iustorum inquit sapientia est: nil per ostentationem fingere. secundum uerbis aperire. uera ut sunt diligere falsa deuitare. bona gratis exhibere. mala libentius tollerare quam facere. nullam iniuriae ultionem quaerere. pro ueritate contumeliam lucrum putare. haec iustorum simplicitas deridetur. et a mundi sapientibus

fatuitas reputatur.

Quid enim in hoc mundo stultius quam admissa:

possessa sapientibus relaxare.
nullam pro acceptis iniuriis reddere.
immo adiunctis aliis patientiam praebere.

Gregorius ibidem (X. moralium exponens illud iob XII. Deridetur iusti simplicitas).

Manipulus florum, Sapientia uel scientia m (Venetiis, 1493/5), sig.G2r.

At contra sapientia iustorum est nil per ostensionem fingere, sensum uerbis aperire, uera ut sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere; nullam iniuriae ultionem quaerere, pro ueritate contumeliam lucrum putare. Sed haec iustorum simplicitas deridetur quia ab huius mundi sapientibus puritatis uirtus, fatuitas creditur.

Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur; et quicquid in opere ueritas approbat, carnali sapientiae fatuum sonat.

Quid namque stultius uidetur mundo quam mentem uerbis ostendere,
→ nil callida machinatione simulare,
nullas iniuriis contumelias reddere,
pro maledicentibus orare, paupertatem
← quaerere, possessa relinquere, sapienti non resistere,
percutienti alteram maxillam praebere?

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 10, 29 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.571, ll.14-27).

Iustorum, sapientia est: nil per ostentationem fingere, sensum uerbis aperire, uera ut sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullam iniuriae ultionem quaerere, pro ueritate contumeliam lucrum putare, sed haec iustorum simplicitas deridetur, quia et a mundi sapientibus puritas uirtutis fatuitas creditur.

Quid namque stultius uidetur mundo, quam mentem uerbis ostendere, nihil machinatione callida simulare, nullas iniuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quaerere, possessa relinquere, sapienti non resistere,

percutienti maxillam alteram praebere.

Gregorius ibidem (X. capitulo 27. moralium exponens illud Iob 12. Deridetur iusti simplicitas).

Flores omnium fere doctorum, Sapientia uel scientia m (Venetiis, 1550), fol.462v.